



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Minor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

**M** **D** **V** **M** meretrices ad penitentiam revertuntur, volentes de criminibus confiteri proprijs: secundum Caiet. ibi in summa. & in commentarijs tertie partis, debet sufficere confessor: ut sciat peccata sua in generali carnali: ut quod per tot annos fletit prostituta omnibus nolentibus, & cetera, tam religiosis quam secularibus, tam consanguineis, quam aliter: & non oportet confessionem sollicitare eam de singulis peccatorum speciebus: quia hoc esset se, & illam precipitare in tentationem, sine utilitate. sed fat est hec confusio dici. Potest enim prudens confessor existimare specierum, & actuum multitudinem, & numerum turpitudinemque.

**M** **E** **R** **E** **T** **R** **I** **C** **I** **S** oblationes recipi ecclesia prohibet, solum in criminis detestationem. Meretricem ducens in uxorem, ut eam a malo retrahat, meretur. 32. q. 1. c. non est culpandus.

## MILES.

**M** **L** **I** **T** **V** **M** peccata ponuntur Lu. 3. ca. videlicet concussio, calumnia, non contentari proprijs stipendijs. Concussio pauperum est, quando vi, vel metu, extorquent bona pauperum vel in persona laedunt. Calumniari dicuntur, quando diuitibus falso imponunt crimen factionis, vel rebellionis, & hostilitatis. Non contentantur proprijs stipendijs, quando volunt expensas, & hospitia sine solutione, que omnia sunt mortalia: quia contra iustitiam, nisi in re parua.

**M** **E** **L** **I** **C** **A** **N** **T** **V** **R** etiam peccato luxuria: ut Philosophus dicit, sed magis hoc ex experientia patet. & peccato blasphemie. vide supra aliquid ver. Bellum, per totum.

**M** **I** **L** **L** **I** **A** **R** **S** est licita, si debito modo fiat. c. militare. 23. q. 1. & maxime si seruetur regulam datam a lo. Bap. Luc. c. 3. Non debet se exercere in his, in quibus est periculum mortis, vel grauis mali, & c.

## MINOR.

**M** **I** **N** **O** **R** dicitur, qui 25. annum non compleuit. l. 1. ff. de mino. & potest petere restitutionem in integrum, non solum in lesione, que de pa-

trimonio demit, sed etiam cessantis lucris, ad quadriennium, postquam 25. annum compleuit, de his solum in quibus latus est infra. 25. annum, dum in minoribus esset. gl. de resti. in int. c. 2.

**M** **I** **N** **O** **R** si intrat religionem: secundum Panor. in c. in presentia de probat. potest omnia bona sua alienare: quia morti fingitur. l. Deo nobis. C. de epis. & cle. non autem non ingrediendo, etiam ad causas pias sine autoritate curatoris, nec etiam contrahere. Quod si ecclesiastico renuntiavit beneficio, minime restituitur: quia in spiritualibus ut maior admittitur, agit, & conuenitur. l. ait prator. ff. de mino. & in glo. in prin.

## MINARI.

**M** **I** **N** **A** **R** **I** aliquando est mortale: quando quis alteri minatur graue malum, & iniustum: vel non ratione iustitiae, vel correctionis, sed liuore vindictae: non curans an iustum sit, vel iniustum: quia iniustum ex suo genere mortale est, nisi sit quid minimu & vlcisci iniurias liuore vindictae, etiam similiter est peccatum. Si autem hoc fiat ex subita ira, communiter est veniale. supra, lra. §. 1. Si autem fiat comminatio ad terrendu tantum, & non animo exequendi, est mendacium, & iuxta regulas mendacij iudicandum erit mortale, vel veniale.

**Q** **V** **O** **D** si iurentur minae cum intentione non exequendi, committitur perjurium: quia mendaciu iuratur. Si autem iurantur minae iniustae, siue cum animo exequendi, siue non, mortaliter agitur quia malum iuratur, a quo recedere est necessarium. Si autem iurantur minae iustae cum animo exequendi, si ante punitionem facta est aliqua mutatio, per quam minae mereantur dimitti: ut quia correctus est cui minabatur, vel huiusmodi, vel iudicatur melius esse non punire, propter aliquod melius bonum, iuste remittitur comminatio sine vitio perijurij. supra, lura mentum. §. 12.

## MISSA.

**M** **I** **S** **S** **A**, in qua offertur sacrificium mediatoris a solo sacerdote rite con-